Besler Samuel
Hymnorum et threnodiarum sanctae crucis...
Wrocław, G. Baumann, 1614. 8°
Mf. 4324
50277 Muz.
Mus. 160
Mikrofilm 35 mm, 1 zwój
negat. + zwoj pozyt.

*HYMNORUM & THRENODIARUM.*

# SANCTÆ CRUCIS

In ſacratiſsimam

*PASSIONIS AC MORTIS*

## *D. N. IESU CHRISTI*

recordationem.

*CENTURIA*

Ad Hebdomadam Magnam

Et ſextam Septimanarum per Annum feriam, aliás Paſſioni Dominicæ ſacram, ſu[a] cuiq; melodia affic̃ta.

*Primùm in Eccleſiarum uſum, ſeparatim & in Faſciculo, & in Tertia Hymnorum ac Threnodiarum parte, forma majori edita: Nunc in hac minori, pietatis & Cantus Choralis amantium gratia auctior reddita, & in manualem faſciculum redacta.*

à SAMUELE BESLERO
Brega-Sileſio.

VVRATISLAVIÆ,
Ex Officinâ Typographicâ GeorgI
Bauman.
*Sumptibus ipſius Auctoris.*
ANNO
M. DC. XIV.

## Magnificis, Nobiliſsimis, Ampliſsimis & Prudentiſsimis Viris

DN. CASPARI ARZAT *in Schotkavv & Born &c.*

DN. CHRISTOPHORO *à* POLEY *in Thiergarten &c.*

*Reipub. VVratiſL. Senatoribus meritiſsimis,*

*&*

DN. IOHANNI KRETSCHMARO *ejusdem Reipub. Secretario fidiſsimo &c.*

Dnn. Patronis & fautoribus ſubmiſsa obſervantia colendis

Salutem à Salvatore Christo.

*ETſi Nobiliſsimi Viri Senatorij ac Patricij Prudentiſsimi, omniq; obſervantia colendi, quidam ex veteribus rectè ac verè dixerit:* ὁ φθόνος ἄυλος ἑοῖς βελέεσσι δαμάζει; *Tamen invidi & malevoli ſemper reperiuntur, qui quavis arrepta perperam occaſione, plenis, quod dicitur, buccis etiam in optimos quosq; deſpument, ut eos, ſicut Medius Alexandri, quoad fieri poteſt, traducant. Ea enim eſt natura cavillationis, ut ab evidenter veris, per breviſsimas mutationes, rem de qua agitur, ad ea, quæ evidenter falſa ſunt, perducat, ut inquit Vlpianus* I. C. *Quod plurimum accidit literatis, ut alij ab alijs nulla ſæpe juſta cauſa in reprehenſionem trahantur.* φθονέει γὰρ κεραμεὺς κεραμεῖ. *Vnde optima conſuetudine factum eſt, ut quoties literarum aliquid pro utilitate communi prelo ſubijcere volunt, quærant, cui illud nuncupent vel inſcribant Patrono. Sub tali enim auſpicio prodiens, præcludit naſutis hominibus mordendi viam.*

Cum

50277 Mus.

*Cum igitur & ego Enchiridion Hymnorum & Threnodiarum Paſsionalium hoc inprimis tempore, piorum hominum acerbiſsimam Christi mortem & meditantium & ſolamen hinc petentium devotioni excitandæ majori in lucem edere vellem, intermittere non debui, ſiquidem libelli tales ſine comite non bene emittuntur, quin ſedulò quærerem, quos Opellæ huic meæ aſſciſcerem Mæcenates ac Patronos. Multum autem cogitanti, venit in mentem mihi Veſtræ & gravitatis & authoritatis claror, et & humaniſsimæ erga me cùm benevolentiæ tùm benignitatis aura, quæ omnia bonam mihi ſpem fecerunt ſub umbra veſtra, protectione ac patrocinio hoc quicquid eſt ſtudij mei, tuto mecum gaviſurum. Quod ſi obtinuero à Nobiliſsimis Dom: Veſtris, eſt profectò cur me quoq; non infeliciſsimum putem, & exclamem jure meritò cum Poëtarum lepidiſsimo Catullo: Quid me lætius eſt beatius ve?* Nobiliſsimas Dom. Veſtras Domino DEO, *me autem, Opellamq; hanc meam iiſdem Dom: Veſtris animitus commendans.* D. VVratisL. *Nonis Martij, quæ dies cum ante annos* 649. *incidiſſet in Dominicam Lætare, Christiana luce hanc gentem illuſtravit.*

*Nobiliſs. Dom. Veſtrarum*

*addictiſsimus*

SAMVEL BESLERVS
Scholæ VVratisL. ad Sp. S. Moderator.

Rhedigersche Stadt-Bibliothek zu Breslau.



DE

# DE PASSIONE ET MORTE D. N. IESV CHRISTI.

## Invitatorium.




Fame








in


in a- go ni- a, pro li xi- us orantē, ſudorē tā-
quam guttas ſangvinis in terrā fun- den- tem.
*CHriſtū captū &c,*
Comprehenſum, tractum truſum, liga- tum:
Annæ, Caiphæ, Pila- to, Herodi præſentatum, ac-
cu ſa- tum, ju dicatum, damnatū, alba veſte in
dutum, fa- ci- e ve- la- tum; & conſputum: co-
laphis,




la phis, alaphis, flagellis, arundi ne cæ- ſum.
*Cruci fi- xum &c.*
VEſte pro- pria exu- tum; veſte
coc ci ne a, corona ſpi ne- a, ſceptro a rundi-
ne o: a do ra ti- o- ne, ſa- lu- ta- ti-
o- ne ir- ri- ſum.
*Chriſtum cap- tum &c.*

*Commemoratio*

# Paſſionis & mortis Chriſti horaria.

## HYMNVS I.

### Crepuſculum.

*Prima pars noctis*

### Hiſtoria Triclinij.

Chriſtus cœnans cum Apoſtolis.

*Eſa. 53. Oblatus eſt quia ipſe voluit.*

### HORA SEXTA.




*In pane corpus porrigit,*
*Præbet cruorem in poculo:*
*Hoc ut ſit indelebilis*
*Signum perenne fœderis.*
*Da Chriſte carnē ſic tuam,*
*Tuum cruorem ſumere,*
*Vt vitam in æternam fide*
*Alamur omni tempore.*
*Nil afferat torpentibus*
*Oblivionem ſenſibus,*
*Quin efferamus debitis*
*Laudes tuas præconijs.*

HYM-

## HYMNUS II.

### CHRISTUS lavans pedes Apoſtolorum.

*Ioh. 13. Exemplum præbui vobis, ut quemadmodum ego ſeci vobis, ita & vos faciatis,*

### HORA SEPTIMA.




*Noli tumente pectore*
*Exempla Chriſti ſpernere:*
*Hic usq; noſter ad crucis*
*Aram miniſter factus eſt.*
*Fœdos reatus ablue*
*O Chriſte, nosq; reſpice,*
*Vt ambulemus in tuis*
*Non deſides veſtigijs.*
*Da comitate, mutua*
*Vt leniamus vulnera:*
*Deterreatur charitas*
*Nullis miniſtra ſordibus.*

HYM-

## HYMNUS III.

## Chriſtus Apoſtolos docens, & pro eis orans.

*I. Ioan. II. Advocatum habemus apud Patrem IESVM Chriſtum juſtum: & ipſe eſt propitiatio.*

### HORA OCTAVA.




*Sum vitis & vos palmites,*
*Efferte fructus uberes.*
*Vos mundus odit: at Pater*
*Cœleſtis ipſe diligit.*
*Hunc invocate per meum*
*Nomen, ſacrum qvi ſpiritum*
*Demittet: is contra mala*
*Vos roborabit omnia.*
*Te ſancte, te voco pater,*
*Nato tuo da gloriam:*

*Et qvos dediſti, qvos dabis*
*Pios miniſtros protege.*
*Vni perenni & mutuo*
*Iungātur omnes vinculo,*
*Fungantur & Pater tua*
*In ſempiternum gloria.*
*Pater dediſti qvos mihi*
*Mecum ſint, volo, ſinguli:*
*Eos ama, ante condita*
*Vt diligis me ſecula.*

HYM.

## HYMNUS IV.

*Conticinium*

Altera pars noctis.

*Hiſtoria Horti.*

## Chriſtus exiens in montana Oliveti.

*Pſal. 22. Ne diſceſſeris à me, quoniam tribulatio proxima eſt: quoniam non eſt qui adjuvet.*

### HORA NONA.




Noctis poteſtas emicat,
Furorq; gliſcit improbus,
Unum miſerrimi caput,
Telis petitum eſt omnibus.
Tu Chriſte noſtros dirige
Greſſus, acerbo tempore,
Pergamus, & malum tuo,
Vincamus omne numine.
Vis noctis hinc eat: nigri
Metus faceſſat Tartari.
Hoſtis, potente dextera
Ignita frange ſpicula.

## HYMNUS V.

### Chriſtus orans & ſudans.

*Pſal. 38. Domine ante te omne deſiderium meum & gemitus meus à te non eſt abſconditus.*

### HORA DECIMA.




Cui mortis in certamine
Cruor fluebat corpore,
Tellus madet ſui gemens
Heu conditoris ſangvine.
A Patre perfert, Angeli
Vox læta, ſpem ſolatij,
Audit parentis ſubditus
Mandata ſancti filius.
Repelle non placabilis
O Chriſte terrores necis,

Mentes paveſcunt horridæ
Nec inferorum nomina.
Sancto tuo nos Angelo
Solare, confirma, juva:
Mordet ſeveræ ſauciæ
Cum culpa conſcientiæ.
Ne murmuremꝰ, cũ malis
Vexamur, aut periculis:
Sed ſit voluntatem ſeqvi
Tuam voluptas pectori.

HYM-

## HYMNUS VI.

### Chriſtus à Juda diſcipulo proditus, & à reliquis fuga deſertus.

*Pſal. 38. Amici mei & proximi mei è regione plagæ meæ ſteterunt.*

### HORA VNDECIMA.




Armate Petre quid fero
Mucrone ſævus irruis?
His ſpõtè, pro te, proq; me
Chriſtus ligatur vinculis.
En ſternit uno militum
Verbo globos furentium:
Obducit & recentia
Auris reſecta vulnera.
Fugá capeſſunt turbidi
Illuc & huc Apoſtoli.

Ovem trahunt immania
Raptam luporum guttura.
Tu Chriſte frange ſubdola
Hypocritarum pectora:
Hoſtes apertos numine
Tuo potenter contere.
Pios ab armis impijs
Tuere, ſumptâve excute:
Nec territi dent hoſtibus
Tergum fugæ prementibꝰ.

HYM-

## HYMNUS VII.

## Nox intempeſta.

*Tertia pars noctis.*

*Hiſtoria coram Pontificibus.*

Chriſtus vinctus & adductus ad Annam.

*Zach. 13. Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum, & ſuper virum cohærentem mihi.*

### HORA DVODECIMA.




*Chriſtus rogantis ebrium*
*Verbo retundit impetum.*
*Prorumpit hinc ſus aulicus*
*In ora compingens manus.*

*O Chriſte, ſolve vincula*
*Noſtri reatus omnia,*
*Qveis Dæmon & mors triſtibus*
*Nos alligavit nexibus.*

*Ab aulicorum verbere*
*Tuos miniſtros aſſere,*
*Cùm nomen ob tuum pia*
*Laborat innocentia.*

## HYMNUS VIII.

## Chriſtus accuſatus, & ſuam confeſſus Divinitatem coram Caipha.

*Pſal. 22. Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis unicam meam.*

### HORA PRIMA.




*Verumq; juſſus in ſui*
*Fari parentis nomine:*
*His ora dictis libera*
*Incepit Heros ſolvere.*

*Dextram ad DEI videbitis*
*Sedere, qvem nunc luditis,*
*In nubibusq; criminum*
*Cœli redire vindicem.*

*Mox veſte ſciſſa Pontifex,*
*Furore correptus, tonat:*
*Hic morte dignus, Caipham*
*Secuta turba id comprobat.*

*Hos perde Chriſte, qui malis*
*Pios gravant mendacijs:*
*Nos vera da loqvi tuo*
*Pro glorioſo nomine.*

*Vt te tuentes arduæ*
*Sedem tenere dexteræ,*
*Non horreamus judicem*
*Sed ſanctum adoremus Patrem.*

## HYMNUS IX.

### Chriſtus negatus à Petro Apoſtolo.

*Eſaiæ 42. Calamum quaſſatum non confringet, & linum fumigans non extingvet.*

### HORA SECUNDA.




*Capti magiſtri triſtia*
*It pone poſt veſtigia.*
*Sublata ſpes eſt, maſculo*
*Inane pectus ſangvine.*
*Te noſſe Chriſte pernegat,*
*Verbo puellæ territus:*
*Galliq; rauco carmine*
*Leo fugatur fervidus.*
*Verbi memor qvod dixerat,*
*Vultuq; Chriſti concitus,*
*Guttis dolenda pallida*
*Humectat ora grandibus.*
*Serva tuos, audacibus*
*Ne Chriſte fidant viribus.*
*Occaſiones omnium*
*Averte mitis criminum.*
*Lapſos benige reſpice*
*Noſtri miſertus lumine:*
*Fides tenax ab intimis*
*Suſpiret ad te ſenſibus.*



## HYMNUS X.

### Diluculum.

*Quarta pars noctis.*

*Hiſtoria Chriſti in domo Caiphæ.*

Chriſtus miniſtris pontificijs in cuſtodiam traditur.

*Pſal. 31. Factus ſum tanqvam vas perditum, qvoniam audivi vituperationem multorum.*

### HORA TERTIA.




Quid caſtus inter imꝓba
Non paſſus eſt ludibria?
Potantium laſcivius (bus.
Nil eſt ſacerdotum ædi-
Da Chriſte nos cœleſti-
Cuſtodiẽdos Angelis: (b9
Illis miniſtris impia
Vincamus ut conſortia.
Acerba ferre nos tuo
Quod ſi jubes pro nomine
Sis ipſe cuſtos, & pia
Præſto tuis clementia.

## HYMNUS XI.

### Chriſtus ludibrio habitus.

*Eſaiæ. 50. Faciem meam non averti ab increpantibus & conſpuentibus.*

HORA QVARTA.




Spurcantur ora, ſquallidæ
Malæ crepant ſub verbere:
Frequens ſceleſtorum ſacra
Errat manus per tempora.

Nos Chriſte ſi vis aſpera
Pro te pati ludibria,
Mentis viriles adijce
Amara cuncta ſpernere.

Diſperde te colentium
Hoſtes ſuperbos cætuum,
Quos impiorum nutriunt
Aulæ protervæ præſulum.

HYM-

## HYMNUS XII.

### CHRISTUS velata facie palmis percuſſus.

*Eſaiæ 53. Quaſi abſconditus vultus eius, & deſpectus, unde nec reputavimus eum.*

HORA QVINTA.




Nomen Prophetæ jactitans,
Dic Chriſte, quis te verberet?
Dic, & ſolutus triſtibus,
Clamant, abibis vinculis.

O Chriſte, culpam criminum
Indignus omnem tollerans,
In perferendis fortia
Injurijs da pectora.

Sophiſtico velamine
Nunc ora qui tegunt tua,
Fac impediti proprijs
Irretiantur artibus.



HYM-

## HYMNUS XIII.

*Mane. Prima pars diei.*

*Hiſtoria Chriſti accuſati coram magiſtratu Eccleſiaſtico & civili.*

Chriſtus concilij ſententijs damnatus.

*Pſal. 22. Circumdederunt me vituli multi, tauri pingves obſederunt me.*

### HORA SEXTA.




*Vt impium quendam in Deum,*
*Quod ſe Deo aſſerit ſatum,*
*Doctor, Senator, Pontifex,*
*Ipſum necis damnant reum.*
*Refert iniquam pœnitens*
*Iudas viris pecuniam:*
*Inſontem, eheu, parcite*
*Emiſtis, inquit, ſangvinem.*
*Nihil morantur improbum,*
*Sed comparant nummis agrum.*

*At proditor de pendula*
*Se ſtrangulans obit trabe.*
*Dum mundus ob nomen tuum*
*Nos ut cadaver eijcit,*
*Ne terreamur impia*
*Tu Chriſte fac ſententia.*
*Delicta neſcientibus*
*Ignoſce clemens hoſtibus:*
*Sed obſtinata ſentiant*
*Pœnas nocentum pectora.*

HYM-

## HYMNUS XIV.

Chriſtus coram Pilato præſide Romano accuſatus.

*Pſal. 22. Aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut Leo rapiens & rugiens.*

### HORA SEPTIMA.




*Iudæus horret Præſidis*
*Ne polluatur atrium:*
*Parat malignis interim*
*Cædemq; vimq; mentibus.*
*In immerentem publica*
*Chriſtum feruntur crimina.*
*Regem fatendo ſe, nihil*
*Objecta curat relliqua.*
*Vocem Pilati percipe*
*Ebræe ſurde Præſidis*

*Ter clamat: Hic eſt nullius*
*Quod fingitis, mali reus.*
*Te noſtra Chriſte vox rogat,*
*Suſpirat ardor pectoris,*
*Da permeemus omnia*
*Fatendo te pericula.*
*Da veritatis ſplendidum*
*Vbiq; lumen fulgeat,*
*Vt verus rex es ac Deus*
*Colare ſic ab omnibus.*

 HYM-

# HYMNUS XV.

## Chriſtus in veſte Byſſina ab Herode Antipa illuſus.

*Pſal. 69. Improperium contrivit cor meum, & mœrore confectus ſum.*

### HORA OCTAVA.




*Inundat huc latrantium*
*Grex, ceu dato ſigno, canum:*
*Vnius agni ſimplicis*
*Caput trahendum quæritur.*

*Nullum tyranno verbulum*
*Chriſtus reſpondens effero,*
*Dimittitur mox regia*
*Illuſus inde ſindone.*

*In nos poteſtatem malis*
*Ne largiaris hoſtibus:*
*Sit tuta Chriſte ſub tua*
*Infirmitas potentia.*

*Eosq́; qui contra ſacram*
*Conſentiunt Eccleſiam,*
*Diſperge ſpreti patrio*
*Vt exules agant ſolo.*

HYM-

# HYMNUS XVI.

Ante meridiem.

*Secunda pars diei.*

*Hiſtoria damnati à Pilato* CHRISTI.

## Chriſtus à cohorte Prætoria virgis cæſus, purpura præſidiali indutus, & ſpinis coronatus.

*Eſa. 53. Pœnas nobis ſalutares perſolvit, & livore ejus ſanati ſumus.*

### HORA NONA.




Stat expeditis barbarus,
Crepatq́; lictor faſcibus,
Obnubit & ſævus ſacra
Spinis acutis tempora.

Fucata mox inducitur
Oſtro chlamys ſidonio,
Eiq́; pro ſceptro datur
Harundo glauca regio.

Flexoq́; adoratus genu
Verbis ſuperbis luditur:
Vultus ſaliva ſordidus,
Pugnis protervis tunditur.

Spinas, flagella, pro meo
Qui pertuliſti crimine
O Chriſte ſana livido
Infirma cuncta vulnere.

Non fracta cedat aſperis
Formidoloſa mẽs probris,
Vincat ſed audax in tuo,
Quicquid malorũ nomine

## HYMNUS XVII.

## Chriſtus bajulans crucem, ad ſupplicium ductus.

*Eſa. 53. Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portavit.*

### HORA DECIMA.




Effundit ad ſpectaculū
Se tota civitas novum,
Matresq; flentes candida
Fœdant, ſecantq; pectora.
Ne flete, Chriſtus aſperæ
Hoc, inquit, exemplū necis,
Lugete propter horrida
Ventura vobis tempora.
Procedit ad pœnæ locum,
Et alta ſcandit Golgata,
Duo latrones triſtibus
Eum ſeqvuntur paſsibus.
O Agne, nate virginis,
Delicta noſtra qui luis:
Ignoſce, tolle, contege
Cōmiſſa pravis crimina.
Noſtram tuo cotidiè
Crucem feramꝰ numine,
Donec fruamur patria
Tecum beati gloria.

HYM-

## HYMNUS XVIII.

## Chriſtus crucifixus.

*Ioh. 3. Exaltari oportet filium hominis, vt omnis qvi credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam.*

### HORA VNDECIMA.




Hic ille rex & pontifex,
Hæc illa patris victima,
Dentis venenati levat
Morſus nocētes ſangvine
Nudꝰ, cruētus, ſquallidꝰ
Ferroq; trajectus manus,
Pacem popoſcit inſcijs
Et impetravit hoſtibus.
Celſam ſupra ſtāt arborē
Magnæ necis præconia,
Contraq; nos quod editum
Deletur hîc Chirographum.
O Chriſte mitis & bonus
Ignoſce delinqventibus:
Nos culpa, pœna te premit,
Placare confitentibus.
Non ultionis acribus
Mens concitetur ignibus:
Non illa quęrat alteram
Te derelicto copiam.



HYM-

## HYMNUS XIX.

Meridies

*Tertia pars diei.*

*Hiſtoria jam crucifixi.*

Chriſtus in cruce convicijs laceratus.

*Pſal. 22. Omnes videntes deriſerunt me, diſtenderunt labia, & moverunt caput.*

### HORA DVODECIMA.




*Non ſcriba, miles, non latro*
*Dei pepercit filio:*
*In immerentis, omnium*
*Linguæ diſertæ, opprobrium.*

*Non ſuſtinens ſol aureum*
*Hoc conditoris dedecus,*
*Caliginoſis pallidum*
*Caput tenebris occulit.*

*Tu Chriſte linguam per ſacrũ*
*Lapſam guberna Spiritum:*
*Vt in tuas ſit perpeti*
*Fæcunda laudes tempore.*

*Tu verè ſol, in abdita*
*Diffunde lucem pectora:*
*Mentis coruſco lumine*
*Cæcæ tenebras diſcute.*

HYM-

## HYMNUS XX.

Chriſtus in cruce Latronem ſuſcipiens.

*Ioh. 12. Ego ſi exlatatus fuero à terra, omnes traham ad me ipſum.*

### HORA PRIMA.




*Dum nemo cognoſcit Deum,*
*Dum nemo ſe culpat reum:*
*Dexter Latro (mirùm) ſacro*
*Illuminatur flamine.*

*Hic innocens, nocens ego*
*Exclamat, & Chriſtum rogat:*
*Mei memento, cum thronum*
*Rex poßidebis aureum.*

*Mox audit: Hoc die nova*
*Mecum fruêre patria:*
*Delicta tollit omnium*
*Se Chriſtus invocantium.*

*Da Chriſte cuncta noſcere*
*Errata, noſq; reſpice:*
*Ne ſera quando termino*
*Fides labaſcat ultimo.*

*Tu juſtus, immerens, bonus:*
*Nos inquinati ſordibus,*
*Peccamus, & peccavimus:*
*Ne tolle nos: ne perde nos.*

HYM-

# HYMNUS XXI.

## Chriſtus dolorum magnitudine exclamans & patri cæleſti ſe commendans.

*Pſal. 22. Deus meus, Deus meus, qvare me dereliqviſti ?*

### HORA SECUNDA.




*Heu quid Deus, Deus gravi*
*Me deſeris certamine ?*
*Hæc ipſe : Vulgus frivolis*
*Exultet amens vocibus.*
*Sitim levaturo datur*
*Infecto aceto ſpongia,*
*Quam reſpuens : Iam nunc ait,*
*Peracta jam ſunt omnia.*
*Dimiſit ut labens caput,*
*Audita vox eſt ultima :*
*Nunc in tuam, Pater manum*
*Commendo ſupplex Spiritum.*
*Tu Chriſte noſtra prælia*
*Dux atq; rector adjuva :*
*Noſtram ſalutem qui ſitis,*
*Perfunde ſicca pectoris.*
*Vt cum brevis fragillimus*
*Ex actus vitæ terminus,*
*Tradamus in tuum ſinum*
*Vitæ ſolutæ Spiritum.*

HYM-

# HYMNUS XXII.

Veſpera.

*Qvarta pars diei.*

*Hiſtoria* CHRISTI *mortui.*

Chriſtus mortuus.

*Eſaiæ 53. Exciſus eſt de terra viventium, propter ſcelera populi mei vulneravi eum.*

### HORA TERTIA.




Iam vita functis reddita,
Aperta clauſis janua :
Adæ ſcelus quod perdidit,
Chriſtus luendo rettulit.
Velata templi protinus
Panduntur alti limina :
Sublatus eſt legis rigor,
Floret per orbem gratia.
Tellus dehiſcit, ſaxeæ
Cautes fatiſcunt murmure,
Clauſæq; mortis obice
Patent ſepulchrorum viæ.
O Chriſte, morte qui tua
Mortis tyrannū ſubjugas,
Crucisq; ſignum lucido
Infers triumphator polo.
Da mortis atq; Dæmonis
Nos arma per te vincere :
Cœleſtibus thronis tuas
Cantemus ut victorias.

HYM.

## HYMNUS XXIII.

### Chriſtus à Nicodæmo Phariſæo & Joſepho Decurione ſepultus.

*Eſa. 53. Sepultus eſt ſicut impij, & mortuus ſicut divites.*

### HORA QVARTA.




Tremuit miniſtrorũ manꝰ
Muſsāt patres flēt fœminæ
Contraq; ſpem ſpe credula
Nituntur & perſtant fide.

Durate fida pectora,
Mox veſtra Chriſtus gloria
Reſurget, & fletus ſuo
Tergebit ipſe pollice.

Da Chriſte, ne ceſſent piæ
Tibi miniſtrantum manus,
Noſtramq; deleri ſine
Nullo fidem certamine.

Nos & ſepultos in tuam
Vndis ſalubribus necem,
Da non caducæ cernere
Hæreditatem patriæ.

HYM

## HYMNUS XXIV.

### Chriſtus in ſepulchro quieſcens.

*Matth. 12. Quemadmodum fuit Ionas in ventre Ceti tribus diebus ac tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terræ.*

### HORA QVINTA.




O læta Sabbathi quies,
O fauſta mortuis dies:
Qua jura Ditis ac necis
Vno ſubacta tempore.

Nec mole corpꝰ cōditum
Diu prematur ſaxea:
Perrumpet Heros, & feret
Sperata mundo gaudia.

Tu Chriſte da mortalibus
Membris quieſcendi locũ:
Mentiq; mortis in gravi
Agone, vincendi modum.

Vt corpꝰ & mens fulgidis
Simul recepta ſedibus
Inter choros cœleſtium
Agat perenne Sabbatum.

I. C. proditi & morituri.

*Ieſu Chriſti capti & producti agon biſſenus.*

HYMNVS I. & in ordine XXV.

## Chriſtus ductus ex horto ad Annam Caiphæ ſocerum.

Pro patientia.




*Cui ſiſtitur ſpectaculi*
*A plebe veſana loco,*
*Delirus ex capto ſenex*
*Vt hoſte ferret gaudium.*
*Orans in horto proditur,*
*Loqvens in aula luditnr,*
*Non tuta uera ſanctitas,*
*Deſpecta nuda eſt veritas.*
*O Chriſte noctis omnia*
*Arce profundæ nubila,*

*Ne nos poteſtas hoſtium*
*Captivet, aut fraus Dæmonum.*
*Hoſtes viciſſim nominis*
*Fiant tui ludibrium;*
*Preces vocantum reÿce,*
*Fletus gementum reſpue.*
*Tu noſtra corda ahenea*
*Invicte firma robore,*
*Probrum parati pro tua*
*Feramus omne gloria.*

HYMNVS

HYMNVS XXVI.

## Chriſtus ductus ad Caipham Pontificem Max.

*Pſal. 42. Verbum iniqvum conſtituerunt adverſum me.*

Pro juſta vindicta.

2.




Non vult doceri, nec DEO
Sibi loqventi credre:
Perdendam ad innocentiam
Teſtes iniqvos comparat.
Non ſcinde veſtis purpurá
Sed ſinde ſaxum pectoris,
Feritur os ſanctiſſimi,
Salus laborat optimi.
Non ceſſat ullo tempore
Hæc Chriſte vox calumniæ:

Intègritatem callida
Sæpè opprimūt mēdacia.
Noſtras qverelas in tutū
Cùm fundim' preſſi ſinū;
Tu juſtior judex, opem
Affer bonam dolentibus.
Noli ſilere, injurios
Retunde, vanos increpa,
Vt verus in tuis Deus
Appareas ſermonibus.



HYMNVS

## HYMNUS XXVII.

## Chriſtus ductus in veſtibulum carceris,

à lictoribus pontificijs vexatur.

*Thren. 3. Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobrijs.*

Pro libertate.

3.




*Hic ſervitutis ferreæ*
*Refringet omne vinculum:*
*Manus in hunc credentium*
*Nemo cataſta clauſerit.*

*Aut fortè ſi quis clauſerit,*
*Ipſe impeditus, inſcius,*
*Nervum ſubibit, & Deum*
*Serò advocabit vindicem.*

*Nil grex movetur perditus,*
*Pugnis ferus, ſude impetens,*
*Diducit os, lingvam exerit*
*Conviciorum prodigam.*

*O Chriſte factus omnium*
*Pro labe noſtra opprobrium,*
*Si quid ferendum eſt aſperi,*
*Æqvum miniſtra Spiritum.*

*Quod ſi manus in hoſtium*
*Quandò damur furentium:*
*Ades volens, & eripe*
*E ſervitutis carcere.* (vis

*Heu quãta ſũt, & quàm gra-*
*Delicta noſtra, ſervitus:*
*Hanc aufer, & da liberos*
*Tua frui nos gratia.*

## HYMNUS XXVIII.

## Chriſtus ductus ad Magiſtratum Ebræum

à Sacerdotibus & Senatu hoſtis Eccleſiæ judicatur.

*Pſal. 117. Circumdederunt me veluti apes, ſunt extincti ut ignis ſpinarum.*

Pro confeſsionis conſtantia.

4.




A concione publica,
Quam cum Senatu Pontifex
Cogit, rogatus: ſe Patris
Dei fatetur filium.

Voces ob has audacibus
Damnatus eſt ſententijs,
Omnes in unum congerunt
Caput, ſuas calumnias:

Sis Chriſte vox & cor mihi
Tuum per almum Spiritum
In te fatendo, cùm pio
Non eſt locus ſilentio.

Projecta ſpes ne fluctuet,
Pavor nec ullus obruat,
Danda eſt ſalutis laus, tuo
Cùm glorioſo nomini.

Sin ſermo noſtræ atroci-
Confeſsionis ſpernitur (tes
Læti quieſcamus in tua
Vnius in ſententia.

## HYMNUS XXIX.

### Chriſtus ductus ad Pilatum præſidem Romanum, accuſatur prophanitatis & perduellionis.

*Pſal. 35. Inſurgentes teſtes mendaces, quæ ignorabam, interrogaverunt me.*

Pro conſervatione regni DEI.

5.




*Intentat ante Præſidem*
*Audita nulli crimina,*
*At impio, utq; turbido,*
*In Cæſaremq; injurio.*

*Nec ille ſe regem tamen*
*Negat Pilato: In hoc, ait*
*Sum natus, ut teſtem Dei*
*Me veritatis præbeam.*

*O Chriſte rex regum, Deus,*
*Deiq; natus unicus.*
*Ipſa agmina inter hoſtium*
*Regnum aſtruens ſerva tuum.*

*In quo ſacer DEI vigor*
*Suſtentat: in quo fauſtitas,*
*Pax, criminum remiſſio,*
*Vitæ beatus exitus.*

*In veritate, & in fide,*
*In ſpe futuræ gloriæ*
*Degamus, ut ſimus throni*
*Olim cohæredes tui.*

## HYMNUS XXX.

### Chriſtus ductus ad Herodem Galilææ Tetrarcham, irridetur ut præſtigiator aut ludio.

*Pſal. 2. Aſtiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum, adverſus Dominum, & Chriſtum ejus.*

Pro victoria contra hoſtes.

6.




Signũ proterve ludicrũ
Scurrili ab aula poſcitur:
Se reprimens, nullũ aulicis
Verbũ reſpondet lubricis.

Amictus alba ſindone,
A rege, ſervis, agmine,
Geſtans honores, exterûm
Inſigne regum, luditur.

Coacta in unũ cùm fremit
Hoſtilis inſolentia,
Sis Chriſte fidum in aſperis
Ipſe ipſe propugnaculum.

Reſpondeamus invidis,
Cedamus impiis nihil:
Cùm ſæva fiunt fœdera,
Formido nulla terreat.

Et queis abominatio
Propter tuam ſumus fidem,
Ride viciſsim, & fictiles
Argillæ ut urnas contere.

# HYMNUS XXXI.

## Chriſtus reductus ad Pilatum, plebis convicio latroni Barrhabæ poſt habetur.

*Eſa. 53. Inter iniquos numeratus eſt.*

Pro fuga erroris.

7.




*Procle maritum commonet,*
*Omitte juſtum perdere:*
*Vincit Sacerdotum ſcelus,*
*Vulgiq́ clamor invidus.*
*Stulti patris natum improbum*
*Nexu exuit ſicarium,*
*Chriſtumq́ damnat, non aquis*
*Cædem cruoremq́ ablues.*
*Sis Chriſte in explicabiles*
*Præſens euntibus vias:*
*Ne terror aut error, boni*
*Æquive flectat tramite.*
*Sumus parentum nos quoq́*
*Mali malorum filij,*
*Et optimum ac leniſſimum*
*Patrem relinquimus Deum.*
*Per ſangvinem tollens tuum*
*Omnem reatus noxiam,*
*Statum priorem transfugis*
*Redde, & ſalutem perditis.*

HYM.

# HYMNUS XXXII.

## Chriſtus ductus in Prætorium, à milite barbaro plagis ſervilibus afficitur, ornatusq; diademate & purpura irridetur.

*Eſa. 50. Corpus meum præbui percutientibus, & genas meas vellentibus.*

Pro liberatione.

8.




Fulgēti amictus purpura
Fixusq; rhamno tempora
Geſtāq; dextra harūdinē
Sannis amaris luditur.
Nihil per artus ſingulos
Sincerum & integrū fuit,
Nec vulneri vuln9 locum
Toto reliquit corpore.
A fervidis ut liberes,
Te nos precamur, hoſtib.
Quos vis atrox, ut barbara
Delectat indignatio.
Vibice ſanati rua,
Puroq; loti ſangvine,
Acres, fideles, impigri
Iuſſo vacemus muneri.
Quod ſi tuo laus debita
Dāda eſt verbo atq; nomini,
Non horreamus ullius
Aut mortis, aut pœnæ genus.

 HYM.

## HYMNUS XXXIII.

### Chriſtus ductus è prætorio ad Crucis ſupplicium poſcitur.

*Eſa. 53. Vidimus eum abjectiſſimum hominum, virum dolorum, expertum infirmitatem.*

Pro beneficiorum memoria.

9.




*Virgis, flagro, ſpinis, ſude*
*Homo ecce, ſi foret nocens,*
*Scelus tuliſſet unus hic,*
*Inquit Pilatus, omnium.*
*Tunc excitata protinus*
*Inſana clamat concio:*
*Hunc tolle, tolle, ſe patris*
*Summi fatentem filium.*
*Te Chriſte mũdus cum fremens*
*Vexat miniſtrũ in tuis,*
*Noſtras manus tu contine,*
*Mentemq́ & ora dirige.*
*Grati celebremus tua*
*Per omne tempus munera,*
*Nec pectori fida excidat*
*Oblivioſa lenitas.*
*Te prædicemus in bonis,*
*Te deprecemur in malis:*
*In morte, vita, mens tuam*
*Alacris imploret fidem.*

HYM-

## HYMNUS XXXIV.

### Chriſtus in Prætorium reductus, de ortu ſuo interrogatur.

*Pſal. 2. Nunc Reges intelligite, erudimini qui judicatis terram.*

Pro animoſitate.

10.




Vnde, & quis eſſet, quo patre
Hærens pavenſq; interro-(gat:
Nihil reſpondenti ſuam
Vanè objicit potentiam.
Cui Chriſtus : Haud ulla eſt, niſi
Solo poteſtas à DEO.
Quo protegente, inaniis
Inaniores ſunt minæ.
Mũdi poteſtas maximis
In nos ruit cùm viribus,
Nocere Chriſte fac nihil
Vt poſſit imbecillibus.
Largire fortitudinem
Nullis movendã machinis
Te non volẽte, unum quidẽ
Hoſtis pilum nec moverit.
Reges & ipſi noſſe te,
Tuamq; diſcant gloriam,
Ad cujus olim ſinguli
Stabunt tribunal ſupplices

## HYMNUS XXXV.

### Chriſtus ductus in Gabbatha, objectu Cæſarianæ potentiæ, à Præſide occidendus militi traditur.

*Pſal. 22. Circumdederunt me vituli multi, tauri Baſan circumvallaverunt me.*

Pro bona conſcientia.

J1.




*Quem, propter excuſaverat*
*Integritatem ſæpius,*
*Eum neci, fractus minis,*
*Nunc immerentem deſtinat.*

*Heu quid facis? te vindicem*
*Probo, ſceleſto judicem,*
*Vlt Cæſar eſſe: credere*
*Turbæ furentium fuge.*

*Nil obſtet, impellente nos*
*Vulgo, tremoris, quin viam*
*Rectā ambulemus: plus homo*
*Poßit caducus ne Deo.*

*Quandò laborat veritas,*
*Pugnare ſimus ſtrenui,*
*Vt labe turpi libera*
*Sit noſtra conſcientia.*

*Sin hæc quoq; angit plurimo,*
*Contaminata crimine,*
*Da ſentiamus in tuo*
*Opem, levamen vulnere.*

## HYMNUS XXXVI.

### Chriſtus ductus in Calvariæ collem, inter latrones medius de gabalo ſuſpenditur.

*Ioan. 1. Ecce Agnus DEI, qui tollit peccata mundi.*

Pro fidei incremento.

J2.




Cui poſt inerrabiles
Vexationes crux datur,
Ad publicum pœnæ locum
Tergo ferenda proprio,

Simplex Cyrenes advena
Manum coactus admovet:
Chriſtus dolentes fæminas
Triſti admonet præſagio.

Vt celſa venit Golgatha,
Ligno trabili figitur
Inter latrones: omnium
Noxas ferens mortalium.

Natura luget, aureus
Sol conditur, tellus tremit
Æther laborat: ferrea
Nihil moventur pectora.

In comparabili tuæ
Laus ſit Deus clemētiæ,
Qui noſtra per chari cru
Delicta tollis filij. (cem

IESU

IESV CHRISTI IN CRVCE PRO
ſalute humana pendentis Heptalogus.

## HYMNUS I. & in ordine XXXVII.

Luc. 23 *Pater remitte illis; non enim ſciunt quid faciunt.*
*Eſa. 53. Pro transgreſſoribus oravit.*
Pro peccatorum remiſſione.




*Sudor, flagella, verbera,*
*Harundo, clavi, lancea:*
*Sunt verba, facta, & abdita*
*Mei reatus crimina.*

*Ad te ſacerdos optime,*
*Et arbiter ſanctiſſime,*
*Fœdi venimus, ſupplices*
*Pacem, ſalutem poſcimus.*

*Strigmenta purga, nos ſacra*
*Patriq; commenda prece:*
*Te deprecante flebilis*
*Sumus repulſæ neſcij.*

*Tu flecte patris pectora,*
*Ne noſtra plectat crimina,*
*Oppone delictis tuam*
*Benignus innocentiam.*

*Acerba ferre, ignoſcere*
*Injurijs, non lædere*
*Diſcamus, & mites tua*
*Per ingredi veſtigia.*

*Vt filij ſummi Patris,*
*Chriſti ſecutores DEI,*
*Tandem beati gaudijs*
*Fruamur immortalibus.*

XXXVIII

## XXXVIII.

Joan. 19. Mulier ecce filius tuus, ecce Mater tua.
*Ioan. 13. Non reliqvam vos orphanos.*
Pro Eccleſiæ conſervatione.

## HYMNUS II.




*Qui filiorum nos vocas*
*Fratrumq; dulci nomine,*
*Da caritatis vividam*
*Nobis tuæ ſcintillulam.*

*Cum mactat orbis ob tui*
*Profeſſionem nominis,*
*Nos paſtor ô fidiſſime*
*Oves relictas aſpice.*

*De patris alti dextera*
*Vultu tuo nos aſſere:*
*Tuente cedunt te mala*
*Adverſitatum nubila.*

*Committe fidis ac bonis*
*Tuum gregem paſtoribus;*
*Qui ſunt pares fidelibus*
*Affectione matribus.*

*Et nos ſacrata cælici*
*Adure flamma Spiritus;*
*Illis ut obſervantia*
*Obtemperemus debita.*

*Vt te tua ſalvi fide,*
*Vero colamus pectore,*
*Nos donec ad prælucidam*
*Hinc evoces Eccleſiam.*

## XXXIX.

**Luc. 23.** Amen dico tibi, hodiè mecum eris in Paradiſo.

*Ioan. 17. Pater quos dediſti mihi, volo ut ubi ſum ego, & illi ſint mecum.*

Pro vita æterna.

### HYMNUS III.




*Ducens per illam tabido*
*Flentem latronem pectore,*
*Hora ſalutem qui tibi*
*Committit ultima ſuam.*

*Servator & dux inclite,*
*Mentes puſillas erige,*
*Sperent ut à te triſtibus*
*In omnibus ſolatium.*

*Dum gratiæ tempus datur,*
*Da pœnitere criminum:*
*Queis te die uno millies*
*Ingratitudo provocat.*

*Te nos trahente maximis*
*Luctamur è periculis:*
*Nec lex, nec horror inferus,*
*Damnare, quos tegis, poteſt*

*Terrore mortis anxius*
*Quandò evolabit Spiritus*
*Noſtri memento, qui ſoli*
*Tenes ſuperna patrij.*

*Vivamus ut tecum domo*
*Lucente cunctis ſeculis,*
*Et cum beatis angelis*
*Tuam canamus gloriam.*

## XL.

**Marc. 15.** Deus meus, Deus meus, quare me dereliquiſti?

*Pſal. 22. Deus meus, reſpice in me, quare me dereliquiſti?*

Pro victoria tentationum.

### HYMNUS IIII.




*Imago mortis horrida*
*Dum te probroſæ territat:*
*Triſti querela dum Deum,*
*Deſerta mens, Deum vocat.*

*O victor invictiſſime,*
*Nos imbecilles ſuſtine.*
*Ne flamma vexatam premat*
*Inferna conſcientiam.*

*Cùm pugnat in nos omnibus*
*Senſus malorum viribus,*
*Et criminum ſuccumbere*
*Iam mens videtur ponderi:*

*Te ſtante pro nobis opem*
*Fac ſentiamus patriam,*
*Dum fixa cordis eſt fides,*
*Nequit Deus relinquere*

*Virtute nos muni tua,*
*Infirma corda robora:*
*Eſt maximum cū maximis*
*Certamen illud hoſtibus.*

*Vt libertatus grex tuus*
*Olim ſonet victorias*
*Ductore te, ferens malo*
*Tot rapta tela Dæmoni.*

## Joan. 19. Sitio.

*Pſal. 69. Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potaverunt me aceto.*

Pro conſolatione.

5.




*Non lympha ſedavit gravem*
*Salubris aut potus ſitim:*
*Herba eſt amara, & mucidi*
*Porrecta vini ſpongia.*

*O liberator unice,*
*Tua ſitiſti qui cruce*
*Noſtram ſalutem, gratias*
*Da nos referre debitas.*

*Acerba pro datis bonis*
*Cùm mundus offert pocula,*
*Immitte cordibus tuæ*
*Sitim piam clementiæ.*

*Explente te verbo tuo,*
*Solante Spiritu ſacro,*
*Mel inſuave, quod fuit*
*Faſtidioſum, vertitur.*

*Servat tuam, da mutuam*
*Viciſſim amandi te ſitim,*
*Hanc incitet fides, alat*
*Spes, augeat dilectio.*

*Vt poſt caduca flebilis*
*Tranſacta vitæ tempora,*
*Bibamus in cælis tuæ*
*Nectar perenne gratiæ.*





## Joan. 19. Conſummatum eſt.

*Ebr. 10. Vna oblatione conſummavit in perpetuum ſanctificatos.*

Pro fide.

6.




*Exacta nunc ſunt omnia,*
*Quæ per Prophetas prodita:*
*Lex mutit, infernus jacet,*
*Devicta mors, cœlum patet.*

*Placator ô mitiſſime*
*Da nos fide hæc prehendere,*
*Et facta gratis mentibus*
*Hæc obſtupenda tollere.*

*Conſtans ſit in te proſperis*
*At triſtibus fiducia,*
*Humanaq; imbecillitas*
*Quod non poteſt, id perfice.*

*Te ſublevante, quidquid eſt*
*Vſquam moleſti vincitur:*
*Lætusq; finis aſperis*
*Contingit in periculis.*

*Ne nos miſellos deſere,*
*Nec ob reatus abjice,*
*Quos eluiſti proprij*
*Miro lavacro ſangvinis.*

*Vt paſſionis ac necis*
*Tuæ, ſalubri munere*
*Ævi peracto termino*
*Omni fruamur ſeculo.*

## XLIII.

**Luc. 24. Pater in manus tuas commen-do Spiritum meum.**

*Pſal. 31. In manus tuas commendo Spiritum meum, redemiſti me Domine Deus veritatis.*

Pro beata mortis hora.

7.




*Lacer cruento corpore,*
*Sectuſq; diro vulnere,*
*Committis in manus DEI*
*Parentis ægrum Spiritum.*

*Redemptor alme: me tuos*
*Proſterno ſupplex ad pedes,*
*O dulce mentis gaudium*
*Meis petitis annue.*

*Vt mortis in certamine,*
*Fiducia pari meum*
*Tradum in tuam cuſtodiam*
*Vitæ fugacis Spiritum.*

*Servante te, de corpore*
*Abibo tutus, nec fores*
*Pavebo triſtis inferas,*
*Nec mille pænarum modos.*

*At redditus tua mihi*
*Die ſupremo gratia,*
*Ipſe integer tecum integra*
*Florebo felix gloria.*

*Tuaſq; laudes, & Patris*
*Sacriq; Spiritus canam,*
*Et infrequenti geſtiens*
*Te prædicabo Eccleſia.*

## DE EXAGITATIONIBUS ET VUL-neribus Jeſu Chriſti capti & cruci affixi.

### IESV CHRISTI CAPTI EXAGITATIONES.

I.

In palatio ... Caiphæ Pontificis maximi.

HYMNUS I. & in ordine.

## XLIV.

Christus illuſus.

*Luc. 22. Viri qui tenebant IESVM illudebant ei.*

Pro cuſtodia.




Inter miniſtros ebrios
Quid præſulũ te conſpicor?
Latet quid illa dignitas
Choris tremenda cælicis?

Hæc ipſe plenus criminũ
Perferre debebam probra;
Vicem meam qui ſuſtines,
Meis quærelis annue.

Illuſiones omnium
Spernã impiorũ, qui mihi
Ob nomen infeſti tuum.
Fraudes ſtruunt innoxio.

## XLV.

# CHRISTUS conſputus.

*Matth. 26. Inſpuerunt in faciem eius.*

Pro patientiâ.

2.




Ignotus, informis, malè
Turpatus à ſervis malis:
Fronte atq; mento ſordidum
Pus & ſaliva perfluit.
 Hyſſopus ille ſit meus;
Quo Chriſte ſparſus abluar
Immundo ab omni, pro meis
Quod inquinate es ſordibus.
 Vincam ferendo, quicquid eſt
Vſquam ferendum, neve ſim
Elingvis ad laudem tuam,
Aut ſurdus ad vocem, effice.



## XLVI.

# Chriſtus velatus.

*Mar. 14. Cæperunt obtegere faciem ejus.*

Pro revelatione.

3.




Qui cæcus eſt, lucis facem
Negat videnti, & perpetrans
Opus tenebrarum, Deum
Se poſſe ſperat fallere.
 Adhuc obumbrant os tuum
Illi execrandi & perditi,
Qui Chriſte præponunt ſua
Tuis laboribus bona.
 Hos ne dolis bilingvibus
Quenquam prehendant, noſſe da:
Tum blanda tu mihi exere
Viventi, eunti lumina.

## XLVII.

# Chriſtus percuſſus.

*Matth. 26. Colaphos ei inflixerunt, alij autem ſudibus eum ceciderunt.*

Pro reſtitutione.

4.




Pugnis procaces ſervuli,
Apparitores faſcibus,
Plagis in unum omnes caput
Laſcivientes ſæviunt.
Has ferre plagas par erat
Meum hoc caput, quod à ſuo
Et conditore & principe
Defecit, in caſtra hoſtium.
Sed Chriſte ſubmittens tuum
Caput furentum dexteris,
Miti favore in priſtinum
Locas honoris me ſtatum.



## XLVIII.

# Chriſtus interrogatus.

*Luc. 22. Vaticinare, quis eſt qui te feriat, & alia multa conviciantes, jaciebant in eum.*

Pro ſilentio.

5.




Non contumeliæ inſciens,
Multipliciſq; verberis
Chriſtus tacet, nec aſperis
Quicquam refert ludibrijs.
Tu Chriſte luſtrans omnium
Sedem & receſsus pectorum,
Queis me, vides, potentior
Subſannet hoſtis vocibus.
Promiſſionibus tuis
Fiſus, probroq; excelſior
Da te ſequar, ſpe pertinax,
Et fortis in ſilentio.

## II. exag.

# In aula Herodis tetrarchæ Galilææ.

## Chriſtus contemptus.

*Luc. 23. Herodes cum ſuo comitatu eum pro nihilo habuit.*

Pro magiſtratu.

6.




*Mendicus ſit iſte DEVS,*
